

tiam administrare, ut nostra fidei com-  
 missi populi jus, & honestatem colentes,  
 placide tranquilleque viverent, nisi eò  
 etiam perducerentur, ut Deum crea-  
 torem suum ac redemptorem ex verbo  
 ipsius rectè cognoscerent: (nam id uni-  
 cum est firmum fundamentum, cùm  
 ceterarum virtutum, tùm vel maxi-  
 mè omnis obedientiae & vera erga Deum  
 pietatis) cœpimus toto animo de ista  
 re cogitare, nihil cupientes prætermit-  
 tere, quod ad eam beatitudinem, tùm  
 parandam, tùm conservandam perti-  
 neret. Etsi autem & ab ijs, qui nos  
 proximè antecesserunt, cognatis nostris  
 Palatinis ac Electoribus (quorum me-  
 moriam cum amore & reverentia usur-  
 pamus) varia utiliter & piè instituta  
 sunt, ad gloriam Dei illustrandam, &  
 populum in officio retinendum: tamen  
 ut ipsi in principio gubernationis nostræ  
 experti sumus, non ea adhibita est  
 diligentia in illis exsequendis, & aduti-  
 litatem